ex corniculario | Aeli Iuliani pr. vig.[11] tetrastylum nymphaeum, | crateram cum columella et altarium cum columella | marmorea et aliam columellam, item orbiculum cum colu|mella et cetera ornavit, I. D. d. d.[12] dedicavit per | Clodium Catullum pr. vig., adsistente Orbio Laetiano subpr.[13] et | Castricio Honorato trib. coh. II vig.[14], pr. kal. Aug. | Aproniano et Bradua cos.[15], c. a.[5] Herculanio Liberale va[*l.*][16]

Romae, duae tabulae marmoreae, rep. in Esquiliis prope locum dictum trophaea Marii (VI 414 vidit Henzen). — 1) *Iovi optimo Dolicheno.* — 2) *Verba uncis inclusa in litura reposita sunt; ontea ibi scripta fuisse putanda sunt nomina Commodi.* — 3) *Exercituum.* — 4) *Fortasse errore scriptum pro: sacrarium.* — 5) *Curam agente.* — 6) *Idem Caecilius idemque Flavius Marinus memorantur in frustulo tituli Iovi Dolicheno dedicati VI 30945 = Bull. inst. arch. 1884 p. 35.* — 7) *Centurione.* — 8) *Nomen non recte ut videtur scriptum vel non recte lectum (ultima littera incerta).* — 9) *Erasum nomen Commodi.* — 10) *Iunge: Iulia Concordia.* — 11) *Praefecti vigilum.* — 12) *Iovi Dolicheno donum dedit.* — 13) *Subpraefecto, sc. vigilum.* — 14) *Tribuno cohortis secundae vigilum.* — 15) *A. 191.* — 16) *Fortasse: valetudinario (Momms.; in lapide est* vai).

4316 b. f.[1] | Ex praecepto I. o. m. D. aeterni, conservatori totius poli et numini pra|estantisso *(sic)* exibitori invicto, L. Tettius Hermes eq. R.[2] et | kandidatus[3] et patronus huius loci, pro salute sua et Aur|eliae Restitutae coniugis et Tettiae Pannuchiae filiae suae | et suorum et Aureli Lampadi fratris carissimi, et pro saloute[4] | sacerdotium et kandidatorum et colitorum[5] huius loci, tabula | marmorea[6] cum proscaenio et columnis d. d. Quos elexit | I. o. m. D. sibi servire, M. Aurel. Oenopione[7] Onesimum signum[8] Acaci | notarium[9], et Septimium Antonium signum[8] Olympi patre[10], kandid., | patronos, fratres carissimos et collegas hon.[11], Aur. Magnesium, | Aur. Serapiacum, Antonium Marianum[12], M. Iul. Florentinum principe[13] | huius loci, et Aur. Severum veteranum curatorem tempuli *(sic)* et | Aur. Antiochum sacerdote, Gemi. Felix et Vibius Eutychianus | lecticari dei, Co . . . . . . centianus.

Romae in Aventino prope ecclesiam S. Alexii (VI 406. 30758 descr. saec. XVI Accursius, frustula pauca quae nuper eodem loco prodierunt Lancianius aliique). Eodem loco vel ibi prope prodierunt alii tituli Iovi Dolicheno dedicati, supra N. 1707. 4314, infra N. 4321, et praeterea VI 366. 409. Fuit eo loco sine dubio Dolocenum quod memorat Notitia urbis regione XIII (Aventini). — 1) *Bona Fortuna (sic potius more Graeco quam Latinorum: Bonum factum, cf. supra N. 467 not. 1).* — 2) *Eques Romanus.* — 3) *Kandidati sacerdotes hi vel cultorum antistites appellati fortasse a veste candida, qua utebantur diebus festis (Mommsen ad VI 406—413 qui citat Herodian 8, 7, 2).* — 4) *Diphthongus in* saloute, *item* colitor- *pro* cultor- *scriptum fortasse prodit originem horum hominum ex Graecia vel Oriente.* — 5) *Cf. not. 4.* — 6) *Tabulam marmoream.* — 7) *Oenopionem.* — 8) *Signo, debuit dicere.* — 9) *Idem notarius,* 10) *idemque pater (scilicet sacerdotum) memorantur N. 4318, ubi solis signis appellantur Acacius et Olympius.* — 11) *Honestissimos.* — 12) *Idem est infra N. 4318.* — 13) *Principes.*

4317 ex iussu I. o. m. D. | L. Tettius Hermes[1] | cum coiuge sua

archive.org